Quelle: https://manuscripta.at/?ID=743
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift

coronabant. Multi quidem gl̃am terrena quesierunt. multi
uiri fortes et ꝑ patria sanguinem fundendu et dixerunt.
nec fundere dubitauerunt. quo gl̃am etiam post mortem
apud posteros haberent. Sed que illorum gl̃a martyribus
comparatur. Quis potuit inuenire imperator. qd̃ potuit
inuenire piscator. Imperatorum. consulum. et uirorum fortium
qui orbem armis domuerunt subiugauerunt sepulchra
sunt romę. Ad cuius sepulchrum intrare dignatus e imperator.
Et tamen diademate depósito ad sepulchrum suum
T suscipit eum piscator. Ecce si terrena gl̃a fuerat concupis
cenda martyribus nec ipsa fraudati sunt. qui honorem
tamen int angelos quesierunt. Videmus eorum gl̃as inter.
et stupemus quid paterent. Quantus nos admirationis
stupor apprehenderet. si uideremus martyres int ange
los gloriantes. quorum natalicia uidemus ꝑ plos celebran
tes. Sed nos uolumus gaudere cum sanctis. et tribulationem
T mundi nolumus sustinere cum illis. Qui enim scos martyres
uel inquantum potuerunt noluerunt imitari. ad eorum beati
tudinem non poterunt peruenire. Sic et apls p̃dicat dicens.
Si fuerimus socii passionum. erimus et consolationum. Et dns
in euangelio si mundus inquit uos odit. scitote quia
priorem me uobis odio habuit. Recusat et incorpore. qui
odium non uult sustinere cum capite. Sed dicit aliquis.
Et quis e qui possit beatorum martyrum uestigia sequi.
Huic ego respondeo. quia n solum martyres sed etiam ipsum
dnm cum ipsius adiutorio si uolumus possumus imitari.
T audi non me sed ipsum dnm humano genere clamantem